



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui  
Guinnoci ludimagistri**

**Spauter, Johannes de  
Argentorati, Anno, M. D. XV.**

Regvla Vltima. Quantum sit spacium quarto uel dicitō sexto. Ast vbi quid  
factum sexto tantum[m]odo prome.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70853)

## Ioannis Despauterij Niniuite

olet. Pneuma. i. spiritus, ideo sanctum pneuma nō est huius regulę. Sic actūs tēporis cōtinuū significat, si addideris totū, aut similit̄ particulā significat nudū tēpus, uisu cęcus. & si quid tale est non dixero, q̄a hęc regula authoritatis testimoniū semp̄ petit, alioqui uitiōsa fuerit pleonasmī locutio. uersus Alexādrini si quis exigit sunt hi.

Æquiualens geminis harū si iungitur uni  
Dicitio pro reliqua tantūmodo debet haberi.

Sic uisu cęcū, uisu dic̄ esse carentem.

Natus sum decem annos, subaudiri uidet̄ p̄positio ante quę turpi ter exprimere, in alijs uerbis nō potest intelligi ea p̄positio, ut scripsi decē annos, p̄ ante decē annos. Lanci. ait de actō & abltō tēporis Si quid differētię est, hoc est q̄ per actm̄ uehementioris significatię tēpus significat & diligētię exactissime atq̄ etiā p̄ductioris morę. Dubitant multi quū interrogant̄ quota hora uenisti domū, an respondere debeāt dimidiā, an dimidiata, ideo opinor me ope preciiū facturum, hanc rem paucis absoluero. Dimidiatū est in duas partes diuisum. dimidiū est dimidiati pars. ubi substātiuū significat totū. desbes dicere dimidiatū, nō dimidiū, ubi substātiuū significat partē. dimidius a. um. locū habet, ut iam dimidiatū librū legi, quē legere insituerā, aut dimidiā libri partē. Expectaui te dimidiatā horā, uel dimidiā horę partem, aut hore dimidiū, author est Varro, teste Gelio lib. Atti. noct. iij. ca. xiiij.

### REGVLA VLTIMA.

Quantum sit spaciū quarto uel dicitō sexto.

Est ubi quid factum sexto tantūmodo prome.

Verbū significans ambulare uel spaciari, aut distare, regit actm̄ uel ablatiuū spaciij aut distatię. Cice. Abessemq̄ ab amano iter unius diei. Cęsar in Cōnen. Hercinię siluę latitudo nouē dieꝝ iter expedito patet. hic patet regit actm̄, ut in Virgi. Dic quibus in terris, & eris mihi magnus apollo. Tres pateat cęli spaciū nō amplius ulnas. In Politicis Aristotelis, distant ꝑo hęc loca iter semidiei. Martia. Te tamē ut uideā duo milia nō piget ire. Ut te non uideā quattuor ire piget. Quū dicit̄, iui duo milia, subaudit̄ gr̄is passuū, nam romani distinguunt terrā per mille passus. Passus est extēso pedū & cōtinet quinq̄ pedes (ein schritt) Thessaliē. dicit̄ mila lę. (ein myle) sed in multorū usu est miliare aut miliariū. In Acti. apo. Et exeūtes processerunt uicū unū. Primo Machabe. Persecuti sunt eos uia unius diei, pergere est procedere in quacūq̄ re. Teren. Si pergis abiero. i. si nō cessas. Persi. Perge tacebo. Spaciū est locus. Spaciari est ire. Spaciōsus. i. am

plus. Spaciū aliq̄ndo significat tēpus .Iuue. Da spaciū uite. m̄kos da Iuppiter annos. Leuca gallicū est, latino sermoni non imiscendū sed imitare Nasonē dicentē. Sulmo mihi patria est gelidis huberrimus undis. Milia qui nouies distat ab urbe decē. Thessaliē. dicit debere scribi duplici II millia numerale, quod falsum est. Si Georgio Vallæ quicq̄ credimus. Ouidi. in Ibin. Iugeribusq̄ nouē sūmus qui distat ab imo. Virgi. Nec longis inter se passibus absunt. Cæsar in actō dixit Legiones magnū spaciū ab essent. Et pulchre sic loq̄mur, sic igit̄ dicimus. Quādo spacio absumus ab italia iter uel itinere octodeci dierū, nauigatione triū horarū &c. Interuallo octo miliū, interuallo quattuor dierū. Dicitur em̄ de loco & tēpore. Si ubi quid factū sit quæatur, datur ablatiūs, ueluti factū est sexto ab urbe lapide. Tribus hinc milibus, sed hic distatiō nomē est quod si abfuerit sine p̄positio- ne non loquemur, ueluti ubi mortuus est Ioānes in templo, in mer- catu, in carcere &c. Gandauī, domi &c, ut declaratū est in regimine genitiui.

## Regiminis ablatiui. REGVLA. I.



Atura faciens regis sine p̄positura  
 In sexto a uerbis exultat iubilat albet, (ret,  
 Et calet, & feruet, gaudet, mœret, dolet, hor-  
 Pallet, siue rubet, nigret, ardet, iūgito, friget,  
 Floret, cum splendet, torpet, pollet, uiret, aret,  
 Et stupet, & languet, torpet, liquet, & madet adde  
 Tristor cum lētor, queror, irascor, verecundor,  
 Glorior, indignor, oblector de quoq̄ lector.  
 Non actiua quidem, sic multo plura dabuntur,  
 Ut flagrat & morior sic dantur pallidus, albus,  
 Pluraq̄ non poterit carmen, poterit dare prosa.  
 Addetur multis etiam bene p̄positura.

Ablatiō regimē p̄sim declaratū est, partim declarabit. Patuerūt q̄ dē plenū uino. Tu cano capite amas senex neq̄lime apud Plau. &c. āndicta, quocirca pauxillulas regulas hic ponam, quarū hęc est pri- ma. Verbū uel adiectiuū regit ablatiū significantē causam efficientē naturalē, & talia uerba uocatur effectiua, ut tacet pudore, ignoran- tia &c. tremit timore, trepidat pauore, eiulat pœna .i. ualde clamat, bacchat ebrietate, exp̄giscit clamore, stupet uitio, lamētat̄ tristitia, pi- guet somno, egrotat labore uel ex labore, q̄a aliq̄n iungit̄ p̄positio.